

1. Bagge f. M. Ehregott Nic. / diff.  
de Sapientia Christi in Electione,  
institutione atq. missione  
Apostolorum, Jenæ 1752.

2. de Balthasar f. D. Jac. Henr. / diff.  
de Doctrina et Praxi in Pomerania  
Suevica, circa Nuptias prohibitas  
Gryphiswaldie 1752.

3. ——— diff. de temporis plenitudine  
Gryphiswaldie 1750.

4. Bardt f. D. Joh. Fried. / diff. de  
applicatione homiletica, Lipsiæ  
1752.

5. Baumgarten f. D. Sigism. Jac. /  
Vindiciæ vere et realis Corporis et  
Sanguinis Christi in S. Coena presentibus  
ab oppugnationibus Benj. Howley Halle  
1749.



21 26 22

PROLVSIO ACADEMICA  
COMMENTATIONIS CRITICO - THEOLOGICAE  
DE  
CRITERIO RELIGIONIS  
CHRISTIANAE PRIMARIO

QVAM IVSSV  
SVMME VENERANDI THEOLOGORVM ORDINIS

IN  
INCLVTA ACADEMIA LIPSIENSI  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES

IMPETRANDI  
DIE XVIII. APRIL. MDCCCII.  
PVBLICO EXAMINI

DECENTER SVBMITTIT  
M. BENIAMIN GOTTLIB CLEMENS  
PASTOR PRIMARIVS ET SVPERINTENDENS HERZBERGENSIS.

---

L I P S I A E R  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



COLLEGIUM BELGICUM  
CHRISTIANAE FIDELIAE  
SOCIETATIS  
IN BRUXELLIS  
FUNDATAE  
ANNO 1632  
IN BRUXELLIS  
M. DE WYCKE  
1632







PROLVSIONIS  
DE  
CRITERIO RELIGIONIS CHRISTIANAE  
PRIMARIO  
ARGVMENTORVM CONSPECTVS.

- §. I. Dantur Criteria verae Religionis.  
§. II. Eaque referuntur generatim.  
§. III. Et speciatim quodnam sit primarium?  
§. IIII. Ponuntur Cautelae necessariae.  
§. V. Occurrunt dubia in Criterio I. a consensu cum doctrina Patriarchali etc.  
§. VI. Reique rite sit determinatio.  
§. VII. Dubia adferuntur ex Criterio II. a prophetis etc.  
§. VIII. Quae modeste ponderantur.  
§. VIII. Quae obijci possunt Criterio III. a miraculis derivato.  
§. X. Status controversiae rite formatur.  
§. XI. Sententia nostra munitur Ecclesiae Evangelicae auctoritate.  
§. XII. Porro argumentis divinis demonstratur.  
§. XIII. Vterior eiusdem assertio.  
§. XIII. Inprimis etiam ex sententiae contrariae difficultate cuique non elucubili argumentum necitur.  
§. XV. Quod nam sit criterium R. Ch. primarium?  
§. XVI. Quod argumentis confirmatur.  
§. XVII. Obiectionibus liberatur.  
§. XVIII. Et tandem determinatur quod sit Accuratio scil. Theologica.



## §. I.

Dantur Cri-  
teria verae  
Religionis.



Christianae Religionis professores fidei suae et dogmaticae et saluificae praesentiam et sinceritatem explorare iubentur. Innuere hoc sanctum Paulum 2 Cor. XIII. 5. duobus inprimis vocabulis *πειραζew* et *δοκιμαζew*, sufficientissimus est testis Venerandus TELLERVS. <sup>1)</sup> Vtrumque fieri non posse sine notarum enumeratione quae veram a falsa, fucam a sincera determinant fide, omnes affirmant. *Nota*, ex qua iudicium fieri potest, num conformis sit notio rei ipsi de qua notionem habemus, dicitur *Criterion*. Ergo de Criteriis fidei suae et dogmaticae seu Religionis et saluificae eiusque pariter praesentia et sinceritate Criteria enumerare tenetur Christianus, salutis suae cupidus. Id quod a Christiano requiritur homine, nec illi deesse potest, qui alios de fide, seu Religione Christiana, certiores reddere debet, qualis Theologus est. Ergo et Theologi est cuiuslibet de Criteriis Religionis seu fidei dogmaticae et saluificae sollicitum esse; adeoque eadem etiam et inuestigare et determinare. Facere huc quoad malam partem *διαρρισεις διαλογισμων* Rom. XIII. 1. <sup>2)</sup> et praecipue quoad bonam partem per vulgatum illud donum seu *χαρισμα διακρισεως* 1 Cor. XII. 10. in Apostolis immediatum in eorundem successoribus mediatum seu ductu verbi diuini elicitum omnes norunt, qui, quae lites atque diuortia opinionum de eadem re existant ex Clarissimis Viris WITSIO <sup>3)</sup> ZORNIO <sup>4)</sup> et HORNBECKIO <sup>5)</sup> edocti sunt. Si criterium ita est constitutum, vt per illud rem quandam constanter ab aliis distinguere valeamus, *criterium* habemus *proprium* i. e. tale cuius beneficium

1) Decad. Dissertat. p. 172

2) Biblioth. Germanique Tom. XXV. p. 57.

3) Miscellan. T. II. p. 444. §. XI.

4) Opuscul. Tom. I. p. 369. Tom. II. p. 597.

5) Miscellan. Tom. I. p. 381.



neficio rem ab aliis omni tempore et ab omnibus separare valeamus. Quum igitur quilibet Christianus, praesertim vero Theologus, veram et Religionem et fidem saluificam a falsa fictaque secernere debeat; operam impendat necesse est, vt non solum commune, sed proprium et Religionis et fidei suae saluificae determinet Criterium idem et Christianus praesertim vero Theologus. Separemus haec ita inuicem Criteria, vt id, quod Theologo qua Theologo conuenit definiendum Criterium Religionis *Theologicum* seu *theoreticum*, id quod Christianum qua Christianum de fide sua et dogmatica et saluifica eruere decet *practicum* appellemus. Vtrumque vero dari et commune et proprium de Religione et fide saluifica ii asserent, qui de Deo, quod ad impossibilia et cognitu et creditu neminem vnquam nec obligauerit, nec obliget, solide et pie cogitant. Non Criterium, quod practicum est et ad fidei saluificae spectat naturam explorandam nostras occupabit curas; sed illud potius, quod *Theologicum* audit, vel quod idem est, de Criterio Religionis Christianae inuestigando sollicitos nos esse, paucis verbis monuisse fat est.

## §. II.

Quod nam sit *Criterium Veritatis* in genere? Iongam contentionis, ab ineunte fere philosophandi aetate, esse inter Philosophos reciprocatam ferram, non ignorant, qui Cel. THOMASII<sup>1)</sup> Venerab. WALCHII<sup>2)</sup> et qui alii plures sunt, Doctissimorum Virorum HOLLMANNI,<sup>3)</sup> LVDOVICI<sup>4)</sup> et GERHARDI<sup>5)</sup> cogitata attento perlustrauerint oculo et animo. Sunt sane, qui *rectam regularum logicarum applicationem* cum Ill. LEIBNIZIO, sunt qui haut in-

*Referuntur  
plura Criteria  
historice.*

A 3

epte

1) Philos. Aulic. Cap. V. §. 26. p. 113.

2) Parerg. Academ. p. 734. sqq.

3) Institur. Philos. Tom. I. Log. P. II. Cap. II. §. 131.

4) De principiis Cognition. human. §. XXXVI, p. 21.

5) Cogitar. subit. de veritatis cognoscendae principio et Criterio.



epte *harmoniam cum principio cognoscendi*, <sup>6)</sup> sunt qui *Cartesianam illam Evidentiam*, vel *claram et distinctam perceptionem*, <sup>7)</sup> vel *clarum et distinctum conceptum* cum Ven. ABICHTIO <sup>8)</sup> criterium Veritatis in genere constituunt, quorum argumentorum vel veritatem vel leuitatem philosophi enodent. Sed vero ab iisdem sapuisse nonnuquam et Theologos, et praesertim fere omnes malae causae patronos, qui *Criteria Religionis Christianae* determinatum iuerunt, rerum theologicarum gnarum latet neminem. Inde enim est, vt alii veritatis Theologicae Criterium *gustum* vel *experientiam spiritualem*, <sup>9)</sup> alii, et imprimis Deistarum cohors, *evidentiam*, <sup>1)</sup> alii, vt Cl. MORGUES *sublimitatem*, <sup>2)</sup> alii, Tolerantiam errorum et errantium <sup>3)</sup> alii Vener. CANZIO autore Autoritatem Antistitis cuiusdam, quod S. R. COTTAE principium audit, <sup>4)</sup> alii, quae Arminianis grata hypothesis, nec non multis, qui a Caluini partibus stant est, conscientiam hominis <sup>5)</sup> Criterium Veritatum Theologiarum vel, vno verbo, Religionis ponere non dubitent. Praecipue vero quatuor sunt, quae multo acumine theologico Religioni Christianae tribuit Venerab. IOECHERVS <sup>6)</sup> nimirum: *a) luculenta varjocinia*, plurimis ante Christum natum Saeculis edita et in Christo perfecte impleta, *β) doctrinae cum libris Iudaeorum sacris*

6) Ven. CANZ. Vfus. Philosoph. Leibn. Tom. II. p. 2. seq.

7) Tempe Heluet. Tom. III. p. 496.

8) *κρητηριον της αληθειας* §. XXII. seqq.

9) Recens. Antiqu. Nou. 1703. p. 606.

1) HOUTEVILLE la Religion Chretienne prouée par les Faits Tom. IV. p. 261. et 313. seq.

2) Cl. CLERIC Biblioth. Choise Tom. XXVII. p. 450.

3) S. Reu. I. CH. KLEMMII Disput. Theol. quousque Errores in Ecclesia Cl. Krigels Acad. Nachr. Tom. I. p. 409.

4) De Probabilissim. Exercit. Posterior. §. V. p. II. et Act. Eru. dit. 1735. p. 250

5) Cl. THEOPH. ALETH. Bericht von den Commentar. etc. Tom. V. p. 164. seqq.

6) De miracul. Christi Thom. Wolfson. Paralag. Exam. Dissert. III. p. 28.



eris perfectam harmoniam et convenientiam, γ) vitae summam puritatem et sanctitatem, tanquam amicitiae et coniunctionis cum Deo non ultimum documentum; et tandem δ) miracula. Perquam prolixè reliqua Criteria collegerunt doctissimi Viri IOACH. LANGIVS 7) et FEHMELIUS 8) quae vero vix omnia nomine Criteriorum esse digna plures nobiscum sentient. Postulata illa infausti Apostatae Ioannis Scheffleri, apud S. Reuer. CHR. CHEMNITIVM obuia allegasse idem est ac refutasse scilicet sequenti argumentatur ratione: „quaecunque inquit, 8) Ecclesia doctrinam suam ex Apostolorum ore et manu accepit, eandem per successores suos propagavit, contra haereses defendit, sanguine martyrum et veris miraculis confirmavit, et per successionem Romani Pontificis cum assistentia Spirit. S. eam incorruptam usque ad haec nostra tempora custodiuit, ea Ecclesia est vera.„ O miserum argumentandi et demonstrandi genus, quis hoc non appellauerit?

- a) Memorat vero criteria illa communia Cl. ARM. GOTTF. FEHMELII Directoris olim apud Hildburghusanos S. Reuerend. Fabricius 9) sequentia, 1) viam optimam ad impetrandam de rebus diuinis certitudinem ostendere, atque ab omni imposturae suspitione longè abesse. 2) Praestantissimam de existentia essentia et operibus DEI institutionem suppeditare. 3) solidam de origine, natura ac statu hominis dare noticiam. 4) statum post mortem omnium optime describere. 5) convenientissime nos edocere de vera felicitate hominis. 6) certissima ad illam impetrandam suppeditare remedia, speique certae firma fundamenta ponere. 7) ex omni parte, sanctitate grauitate ita esse conspicuam, vt ad eam homines directe ducat. 8) passionibus vitiosis hominum non indulgere. 9) cultum internum DEO dignum et sanam externi cum interno.

7) Caus. Dei aduers. Naturalism. P. I. Sect. II.

8) Veritas. Relig. Christian. defensâ etc. fundam. I.

9) Syllab. etc. de Veritat. Religion. Christ. p. 565.



VIII DE CRITERIO RELIGIONIS

terno coniunctionem suadere ac tradere. 10) omnia, quae ad superstitionem ducunt, respuere. 11) antiquissimam esse prae omnibus. 12) procul abesse a violentia, coactione et crudelitate.

§. III.

*Et speciatim  
quod nam sit  
primarium?*

Intellexerunt doctissimi viri recentiorum praesertim temporum, quod pleraque a Cl. FEHMELIO et aliis praepri-  
mis in medium producta criteria, nunc tantum communia, nunc mere externa, nunc propter multitudinem molesta nec solidae Convictioni semper paria existant: ideo numerum eorundem minuerunt et, quod prudentiae est, pariter ac Accurationis, ad illa solummodo criteria aciem animorum suorum conuerterunt, quae Christianae fidei soli propria nec falsis Religionibus communia existunt <sup>1)</sup> itaque ergo nunc ad tria supra enarrata, scilicet ad  $\alpha$ ) Confessionem omnium inuicem scriptorum seu harmoniam Veteris et Noui Testamenti, ad  $\beta$ ) Vaticiniorum cum Complementis suis collationem et ad  $\gamma$ ) miracula, <sup>2)</sup> vel ad duo tantum miracula nimirum et vaticinia, <sup>3)</sup> quorum defensorem pariter esse Clariss. HÖRTEVILLIVM ex supra citato apparet loco, vel ad vnum tandem nempe ad miracula reduxerunt criterium, quod fecisse Cl. Anglum CAR. LESLIE <sup>4)</sup> nec non I. Conybearium WALCHIVS <sup>5)</sup> et KORTHOLT <sup>6)</sup> Summe reuerendi Viri nobis autores sunt. Doctrinam Christi et Apostolorum vnicum fere, ad minimum primarium Characterem posuit Ven. CHLADE-  
NIVS,

1) Cl. SAM. THESCHEDIKII Comment. Hist. Thol. de script. sacr. in Theol. vsu et auctorit. p. 103.

2) Ven. I. P. HEBENSTREIT summa script. sacr. auctorit. p. 16.

3) Ven. HEVMANN. de miracul. Vespas. Poecil. Tom. II. p. 429.

4) In methodo deistarum veritatem Religion. Christ. proband.

5) Miscellan. sacr. p. 476.

6) Gründl. Beweis der Warheit der Christl. Rel. Cap. VII. §. 13. p. 114.



NIVS, <sup>7)</sup> quodque illud haud inepte factum ab eodem esse ex infra dicendis apparebit. In primis autem paucis ab hinc annis, qui elogiis nostris non eget, S. Réuerendus OPORINVS in demonstranda Reuelationis diuinitate et Veritate omnem posuit operam, quo reliqua argumenta *mere poedagogica, inclinantia, inducentia* redderet, praeter duo sola a prophetiis et miraculis desumpta, quibus sane demonstrationis vim inesse arbitratur, ad demonstrandam et Θεοργειαν et Θεορνευσίαν reuelationis diuinae. Ablegamus lectorem nostrum B. ad Commentationem illam doctissimam, quam ad firmandam sententiam suam cum erudito orbe communicauit. <sup>7)</sup>

- a) Character, inquit <sup>8)</sup> Ecclesiae verae et Apostolicae fat augustinus est, quo *solo se ab omnibus coeribus falsis discriminare* potest, esse eam exaedificatam super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, cuius lapis angularis Iesus Christus est, in quo tota structura compaginatur et crescit in templum sanctum in domino Eph. II. 20. e. q. p.

## §. IIII.

Tuto hic supponimus, quae rerum philosophicarum *Ponuntur* periti de notis rerum *characteristicis* eruendis, <sup>1)</sup> de *determinationibus* rerum vel *internis* vel *externis*, de *ideis* vel *confusis*, vel rite *characteristicis*, de *abstractis abstractionis perfectae* et *imperfectae* hinc inde in medium proferunt sollerter imbibenda. Antequam vero nostram circa hanc rem sententiam tulerimus, vt quaedam postulatorum ad instar huc in auxilium aduocemus, opus nobis esse videtur. Nimirum primum: sedulo tenendum est, quod, *quae*

7) De Vsu doctae simplicit. contr. sceptic. §. VI. p. 21. seqq.

8) Differt. Theol. Inaugural prior. aduers. Lamindum Pritann.

vindic. Method. Euangelicorum in inquirenda veritate. p. 3.

1) Cl. NICHTEL. de indole Philosophiae in genere sect. II. p. 26.



quae reuelationi Criteria asseruntur, eadem pariter Religioni Christianae competant, quippe quae inuicem vix aliter ac principium a conclusione sua distant. Nec inconcinne hoc dictum cuiquam videri posse autumamus, quum ex eodem Criterio, ex quo reuelationis veritas et diuinitas apparet, pariter Religionis Christianae veritas et diuinitas non potest non elucescere. Deinde ne negligatur a nostris lektoribus, petimus hanc cautelam nostram, qua: quod *non nisi Criteria interna*, quae scilicet ex ipsa fluunt, et cum *ipsa natura Reuelationis et Religionis Christianae coniuncta*, sint, quibus inuestigandis nos inhaeremus, adeoque de Criteriis externis, seu aliunde accedentibus, parum sollicitos nos esse sciant. Tertia, quam impertimur prudentiae regulam, haec est: quod scilicet: *Criterion Reuelationis et Religionis intelligamus non commune*, et quod pluribus inest vel inesse videtur, sed *proprium* et quod *incommunicabile est Religioni* et haereticorum et quaecunque falsa deprehenditur. Tandem praemoneamus pariter opus est, quod: non *qualecunque Criterion internum quod Religioni et Reuelationi inest*, sed *id, quod primum est, et in quo reliqua fundantur*, indigitemus. Illo enim rite inuestigato atque demonstrato, non posse non reliqua facili erui labore, quis non perspicit. Rem ipsam itaque, *quodnam sit primum Reuelationis et Religionis Christianae Criterion?* Deo et Christo iuuante aggrediamur.

## §. V.

Inuestigemus nunc paulo altius, *quodnam inter modo recensita Criteria primum sit?* et primordia capiamus ab illo argumento, quod a *doctrinae cum libris Iudaeorum sacris perfecta harmonia, seu a consensu cum doctrina PATRIARCHALI, MOSAICA, et PROPHETICA*<sup>1)</sup> sumitur. *Criterion*

1) Ven. BVDDI Programma de verae et falsae Inspirationis Criterio p. 20.

Dubia in Criterio I. a consensu cum doctrina Patriarch. etc.



Criterion hoc esse omnino autoritate sua praeditum, tantum abest, ut abnuamus, ut potius ad *analogiam fidei* tanquam ad sacram ancoram Iudaeis et Christianis fugere demandatum esse, monente diuo Paulo Rom. XII. 6. firmiter credamus. 2) Absit porro a nobis cogitando, ut doctrinae nouitatem, quam de Christo et vaticinia Ies. XII. 3. 3) Ies. LXXV. 17. 4) et ipsa optimi seruatoris confessio Matth. V. 17. seqq. 5) edunt, consensui illi cum doctrina Patriarchali Mosaica et Prophetica opponi posse proferamus, ut contra firmiter persuasi statuamus, quod eadem dogmata fundamentalia, quae Christus publice edocuit, antiquitati saeculi patribus fuerint cognita, nec nisi maioris claritatis atque lucis gloria Christi saeculo relicta fuerit, adeo ut Crimina, quorum Christum et Apostolos tanquam Nouatores infimulabant Ioan. XII. 34. et Actor. XVII. 19. 20. 6) in fumum non possint non abire. Hoc vnicum tantum est et fere palmarium in quaestione: *utrum Criterium nostrum primarium possit dici?* id quod pace doctissimorum Virorum, qui aliter sentiunt, vel penitus negandum vel potius ita limitandum esse, ut *non nisi in demonstratione Religionis Christianae cum Iudaeo, minime vero cum pagano priorem obtinere locum posse*, sequentibus ex rationibus persuasi arbitremur.

## §. VI.

Omnes lubenter nobis asserendum relinquunt, quod *Reique factae* illud Criterium reliquis anteponendum sit, quod minimis *determinatio.* subest difficultatibus, vel eiusmodi tantum, in quibus diluendis nec multis ambagibus, nec multo acumine discentibus,

B 2

nec

2) Recens. N. Antiqu. 1731. p. 745. seq.

3) Cl. WOLFFII Miscell. Tom. I. Libr. XV. p. 106. seq.

4) S. R. GENSEL. Obseru. sacrae. P. 93 §. VII.

5) Ven. RIEBOV Progr. de spe meliorum temporum dubia, et Cl. HEVNISCH Thesaur. Disput. p. 433. seq.

6) Cl. VITRING. Obseruat. Tom. I. p. 666.



nec tanto labore docentibus opus est. Hoc vero pariter Criterio primario lubenter permittent, quatenus hoc cum principio cognoscendi commune habet, quod *uniuersale*, nec paucis tantum sed potius omnibus applicabile sit veritatibus. Sed quantis, quaeſo! moleſtiis obnoxium noſtrum a doctrinae per omnia ſaecula conſenſu et harmonia deriuatum Criterium? quanta memoriae, quanta ingenii ſubactique iudicii vis peruoluendo, comparando, coniungendo, ſeparando antiquiſſimas per cuncta temporum interualla doctrinas cum et ab iis, quas Chriſtus eiusque Apoſtoli publice profeſſi ſint? graue negotium, inquam, et diſcenti et docenti, ſi ſolide conuinci de Veritate Religionis Chriſtiane per idem argumentum quiſquam debet. Graue negotium cum Iudaeo, qui conuertendus eſt, multo grauius cum pagano, cum quo ignorantia dogmatum et Veteris et N. Teſtamenti ubique luſtatur, et cui nonniſi exantlatis maximis laboribus inde expediri datum eſt. Id vero, quod iam aliquoties memorauimus criterio noſtro deeſt, ſcilicet *uniuerſalitas*, quippe tempus aliquando in Protoplaſtis ſeu primis Parentibus, in Periodo Patriarchali, ad minimum fuit, in qua nonniſi reuelatio immediata Patribus contigit, ex qua ſola de Religionis ſuae Veritate firmiſſima iisdem exſtiterit demonſtratio. Perſpexerunt hoc dudum doctiſſimi viri hoc criterio deuſi, quippe qui hoc, quod ſaepe nominauimus, ſignum characteriſticum non quidem per ſe et ſolum, ſed tunc *demum, quando cum aliis ordine ſuo in aciem produciſtur*, omnino ſtringere, caute aſſerunt. Et hoc idem eſt, quod nos ſupra iam affirmauimus. Quippe vera Religio, quae non poteſt non antiquiſſima eſſe, illo criterio carere non poteſt, hoc tantum quod nos inſinuari his dictis noſtris volumus eſt, quo: *primarium illi tribuere locum ex rationibus allatis* et pluribus adferendis, niſi nobis mature factio opus eſſet, omnino dubitemus,



## §. VII.

Progredimur ad alterum, quod a *prophetiis deriuatur*, Criterium, quodque Origeni contra Celsum disputanti grauitatem suam omnino maxime commendauerit. <sup>1)</sup> Quae ad rem gestam eiusdem spectant, enarrant cum multis aliis Venerab. IOECHERVS <sup>2)</sup> Cl. HOUEVILLIVS <sup>3)</sup> IAQVELOT, <sup>4)</sup> nec quae maxime commendabilem sistunt argumenti nostri vim, adferre neglexit Venerab. TELLERVS. <sup>5)</sup> Sunt vero *prophetiae*, quae vel *probantes* vel *docentes* nominantur, *praedictiones de rebus futuris contingentibus nulla praeuia nec dispositione, nec determinatione naturali, euentu comprobatae*: qua notione prophetiae determinata quis est, qui eius autoritatem non perspicit? Quum ad praeuidendas et praedicendas res contingentes, requiratur *perspicientia animorum et totius causarum simultanearum* et successuarum nexus, cuius sane nullum, nisi earundem autorem capacem esse omnes vident. Hinc iisdem vsus est tamquam decretorio argumento optimus seruator, quoties discipulos Luc. XXIII. 27. <sup>5)</sup> vel incredulos Iudaeos Luc. XVI. 29. de veritate missionis suae certos reddere voluit. Et quam largus sit vaticiniorum vsus in demonstranda Religione Christiana, Clarissimi Viri MOMMA <sup>6)</sup> IAQVELOT <sup>7)</sup> HVETIVS <sup>8)</sup> et permulti alii, a Cel. IOACH. LANGIO collecti, ostenderunt. <sup>9)</sup> Hoc itaque certum tanquam certissimum est, quod in demon-

B 3

franda

1) Ven. ALBERT. ZVMFELDE de simplicitate sacrar. doctrin. p. 4. seq.

2) Thom. Wolston. de miracul. Christi Paralog. Dissert. I. p. 8.

3) Religion Chretien. prouée etc. Tom. III. p. 2. et 13. et 39.

4) Dissertat. sur le Existence etc. p. 669.

5) Cl. MARCKII Exercitat.

Textual. ad quinquagint. loca Exercit. XXIII.

6) Oeconom. Temp. Tom. I. p. 335. seqq.

7) Dissertat. sur les Messies apud Houevill. l. c. Tom. I. p. LXII.

8) Demonstret. Rel. Christ. p. 550. seqq.

9) Institution. studii Theol. litterar. p. 692. seqq.



XIII DE CRITERIO RELIGIONIS

stranda Messiae Persona munere et statu, quod in determinandis omnibus illis, quae hoc Centrum Religionis tangunt, quoties cum Iudaeo res est, omne robur argumentandi huic Criterio insit, adeoque ab illa in conuincendo Iudaeo originem esse repetendam omnino statuimus. Quoties vero cum Socini affecla, vel ita dicto Deista, vel aliis certamen religionis ineundum est, prima ex hac pharetra tela fumere dissuademus, non ea ex ratione, ac si argumentum et criterium vacillet, minime gentium! sed quia rimas quasdam semper elabendi inuenire autumat, cui Religio non curae cordique est. Ordine suo iterum proferre rationes quasdam, quae hanc nostram sententiam confirmant, nostrum esse censemus.

- a) Quemadmodum, inquit Ven. Vir, vel qui auctor est Differentiationis, <sup>1)</sup> miracula sunt luculentissima documenta impenitentiae, quae Deo propria est potentiae; sic vaticinationes, siue praedictiones rerum futurarum et quidem 1) contingentium, 2) viribus naturalibus omnibus superiorum, 3) profusus inopinatarum, 4) longissimo post tempore expectandarum, 5) coniunctarum cum variis rebus circumstantibus, accurate determinatis, quas tamen nulla hominum sagacitas unquam praesentire poterat, eiusmodi, inquam, vaticinationes indicant infinitam in Deo scientiam, simul certissimam in dicendo veritatem, nec non sapientiam, quatenus euentus eis omnino respondet; ipsaeque arduissimo velut vinculo copulatae sunt cum praecipuis partibus doctrinae diuinitus reuelatae, atque ad hominis salutem scitu necessariae.

§. VIII.

*Quae modeste  
penderantur.*

Primum nimirum, quod in Criterio rei, adeoque etiam Religionis Christianae requisuimus supra, vniuersalitas est, id est, quod *constans et perpetuum insit, omni tempore*

- 1) Canon. V. et N. T. et diuin. et perfection. ex Luc. XXIV. 44. demonstrata.



*tempore et quod eo ipso ab aliis distinguatur, adeoque proprium sit.* Prophetiae sunt facta, facta ad veritates historicas referuntur, et prophetias ad minimum ad propositio-  
num oblique historiarum ordinem referri Erudicissimus CHLADENIVS autor est <sup>1)</sup> historicae veritates vero, quoniam singulares sunt, vniuersalitate destituuntur, inde vero quod et prophetiis haut insit vniuersalitas, sequitur; quum scilicet, quatenus prophetiae sunt, non omnia dogmata Religionis, sed quae Christum imprimis venturum spectant complectuntur; ab argumentis vero historicis, renitente quanquam Cl. HOYTEVILLIO <sup>2)</sup> primordia demonstrationis Theologicae facere, haud leues rationes sunt, quae minime hoc suadent apud Cl. STAFFERV. <sup>3)</sup> Sed nec leuiore esse superandas difficultates in applicandis argumentis ex hoc Criterio deriuatis, omnes animaduertunt. Quippe Gentilis et paganus oracula sua, quae futura enunciaſſe mentitur, opponit prophetiis, et quoad fieri potest, argumenta omnia eludit, quae ex hoc criterio docte et pie fluunt. Quis tam expertus est rerum circa hanc rem gestarum, qui non sciat, quae certamina de Oraculis Gentilium inter DALENIVM et FONTENELLIVM clarissimos viros intercesserint? <sup>4)</sup> quae de Vespasiano Imperatore futura praedicente enarrantur, <sup>5)</sup> vt de Montanistis prophetias simultantibus exempla et scripta adferre vix in notissima re opus sit. Non ignoramus, quod omnia haec effecta mendacia et ambigua verba, nec vera vaticinia fuerint nec sunt; nec minus esse vera, quae regerunt doctissimi viri de veritate prophetiarum et falsitate oraculorum, sumus persuasi; sed non

1) Logie. sacra p. 119. seq.

2) Recens. Ant. Nou. 1723. p. 142. seqq.

3) Institut. Theol. Polemic.

4) Remarque sur le demelé, qu'il est entre Msr. Fontenelle etc.

Cl. Clerc. Bibl. Choise Tom. XIII. p. 390. seqq.

5) Cl. TH. AMB. STROBACH Dissert. de Iosepho Vespasian. imperium praedicente Vollst. Nachr. Tom. VI. p. 529. seq.



non nisi post multos exhaustos sudores victoriam reportare datum esse, nulli non intelligunt. Quanto praeterea labore etiam in animo docili opus est, quanta cognitio rerum gestarum, cognitio totius systematis prophetici, cognitio formularum filique Prophetici nonnunquam propter duplicem sensum obscurioris, cognitio rei chronologicae, cognitio multarum cautelarum et regularum in Theologia prophetica applicandarum, et quae non plura alia quaeruntur in viro, qui vaticinia cum complementis suis rite sociare tentat? Non irritos esse labores, non vanam diligentiam non insuperabiles difficultates, in enucleandis prophetiis et discendentibus et docentibus iterum iterumque affirmamus, quum Spiritus S. gratia ubique auctor comes et dux est, nec profus abstinendum esse hoc argumento, quod vi sua pollet, in conuertendis paganis arbitramur, multo minus hypothesin illam nostram facere vnquam volumus, quae: *non esse infallibile, nedum vnicum diuinitatis cuiusdam vaticinii iudicium, si ei euentus respondeat*, imprudenter asseritur.<sup>6)</sup> Vnicam tantum hanc prudentiae legem addere non dubitamus, quod scilicet ex hoc Criterio nostro, quod prophetiae suppeditant, suppetiae non prius petantur, nisi suppositis illis, quae necessario sunt praemittenda. Vix itaque faustum felixque praelium inire nobis tunc videbatur Celeb. IOACH. LANGIVS,<sup>7)</sup> quum contra Crellium seu laruatum illum Artemonium disputando, ex hoc argumento causam suam egerit, quod forsitan multo felicius contra Iudaeum applicandum fuisset; quanquam Socinianus nonnunquam, et haud raro cum Iudaeo pari ambulat passu; multo tamen callidorem hoc illum esse, quis est, qui ignorat? haec autem ita dicta a nobis sunt, vt omnis vis argu-

6) Cl. CHRIST. BERNARD. BVCHER. de Enthusiasmo Montanistarum p. 17. §. X.

7) Amica Compellatio etc.



argumento nostro remaneat, et tantum in ordine, quo adplicandum est, cautelae nostrae adhibeantur, quae Criterium aliud quod prius est, recensitis duobus illis praeposendum esse, non tam iubent, quam suadent.

## §. VIII.

Pergimus ad vim argumenti, quod a miraculis sumitur, et de quo haut multo ante rationem diximus, cur eidem a quibusdam in Criteriis Religionis Christianae eruendis et constituendis primus concedatur locus. Nec vilem esse operam, quam impenderunt circa hanc ipsam rem rerum theologiarum periti, paucos praeterit. Et ex hoc ipso apparet, dogmata Religionis, quae ab haereticis et malae causae patronis prae aliis in dubium sint vocata, numine ita sapienter dirigente ad summum saepius perspicuitatis, quem ascendere possunt, gradum euaserint; ut de diuinitate Iesu Christi haut contemnendum posuit monumentum Clarissimus Vir IOANNES FABRICIVS. <sup>1)</sup> Sed ad rem nostram quod attinet, diuersa prorsus ratione Theologi quaestiones ventilarunt, haut nauici aestimandas, <sup>2)</sup> praesertim vero: *Vtrum Miracula Characterem Messiae constituent? <sup>3)</sup> Vtrum eadem criterium vel Personae vel doctrinae Messianae <sup>4)</sup> et quidem, uti Cl. FLEETWOODO videtur <sup>5)</sup> solius significant? Vtrum, quis nam in Ecclesia futurus sit status duce Venerando MOSHEMIO innuant? <sup>6)</sup> adeoque mystico prophetica existant? quam sane hypothesein VITRINGAE, GUILIELMO SALDENO, DEVSINGIO, LAMPPIO, RAMBACHIO, REINHARDI ingeniosissimis viris probari, in aprico est.*

1) Doctrinam de diuinitate Christi occasione haereseos Arianae magis elaboratam. Lipsiae.

2) Ven. I. P. MEYER Eclog. sacr. Rec. Ant. Nou. 1740. p. 197.

3) Cl. THEOD. LE BLANC

Principes contre les Sociniens Tom. II. p. 212. et 227.

4) Recens. Ant. Nou. MDCCX. p. 143.

5) Dissert. de sign. temporum diiudicandis p. 6.



XVIII DE CRITERIO RELIGIONIS

est. Quid veri quid falsi inhaereat opinionibus modo recensitis, satis superque doctissimi viri hinc inde enodarunt?) Nosmet periculum faciemus, quae Ven. OPORINO nec non Clarissimo Viro CARSTEDT<sup>6)</sup> allubuit hypothesis, enodandae quaestionis: *Virum nimirum miracula a Christo et Apostolis patrata, primum criterium, ex quo Revelationis et Religionis Christianae diuinitas appareat, sint constituenda?* tanta est eruditio tantaque merita S. Reuerendo OPORINO, uti minime, prout de Viro doctrina atque pietate conspicuo firma persuasio est, nobis quaedam opponentibus dubia succenseat non ignarus, quod firmior tantummodo vel eius vel nostra qualis qualis sit sententia inde sit exitura.

a) Primariae, quae circa doctrinam de miraculis occurrunt quaestiones sunt: an dentur miracula? quae nam sit vera notio miraculi completa? an probent miracula per se et sufficienter? an sint primaria momenta de veritate doctrinae? An Iudaei negauerint Christi miracula? an Christi miracula vera vel ad fraudes releganda? vtrum ope Cacodacemonis patrata; an magica extiterint vi? an Criteria dentur miraculorum verorum a falsis? An Christi et Apostolorum miracula a miraculis Pseudo Prophetarum et Antichristi dignoscenda? an discipuli Christi fide sint digni testes in exhibendo testimonio de miraculis a Christo editis? An physice considerata contineant absurda et improba? an sint typi et vaticinia rerum spiritualium? an patres typicam miraculorum interpretationem statuerint? an sint noua Creatio? an Christus prius ad miracula, quam ad doctrinam in probanda missione sua promouerit? quas fere omnes quaestiones incomparabili diligentia Venerandus apud Lipsiensis Theologus IOECHERVS tribus exaesiatis dissertationibus, quibus Wolfsoni paralogismos examinavit, partim adduxit, partim et quidem plerasque feliciter dubiis suis liberauit.

§. X.

6) De *Ἐπισημείωσις* verae reuelationis Characteribus etc.

7) Ven. IOECHERVS Dissertat. I. Exam. Paralogism. p. XXX.



## §. X.

Miraculum physice <sup>1)</sup> consideratum opus est, quod <sup>Statusque</sup> omnem naturae cursum, omnes motus leges, omnes naturae <sup>controuersias</sup> vires ex superat, adeoque entis supra vires naturae creatae <sup>rite forma-</sup> inditas positi, et quidem infiniti operationem postulat. <sup>atur.</sup> 2) Absit cogitando a nobis negantibus, quod impossibilia sint, quod eorundem existentiam vocemus in dubium, vt potius, eadem et ipsi illi rerum simultanearum et successuarum feriei, quam sine miraculis fingit quaedam philosophorum cohors <sup>3)</sup> ad fuisse, ingenue affirmemus. Quippe quod Deo praesentiam suam gratiosam per signa extra ordinem naturae data cum creatura rationali nullo non tempore communicare et placuerit, nec eundem dedecuerit, quin asseramus, nihil prohibet. <sup>4)</sup> Quibus vero positis haut friuolam esse distinctionem inter *miracula prouidentiae* et *doctrinae*, <sup>5)</sup> missis illis, quae *miracula restitutionis* audiunt, <sup>6)</sup> simul euicimus. Pariter abhorremus eorum et Clariss. STAFFERI praesertim haut ita pridem in lucem protrusa ab hypothesi, quae summum virium *mentis creatae gradum, siue angelus siue homo sit, in hoc consistere, quod solo voluntatis imperio miracula patrare possit*, opinatur, <sup>7)</sup> digna ea de causa, cui argumenta haut precaria opponantur. Nec saniora porro esse eorum cogitata, quae nulla fieri miracula, nisi vbi summe necessaria sunt affirmant, a Summe Venerando DEVLINGIO, Patrono nostro grata vbique mente colendo tanquam argutiae solide refutata sunt. <sup>8)</sup> Nec illorum vnquam

C 2

pro-

1) Lettres de Mfr. l'Abbé Hou-  
teville p. 22.

2) A. FR. HOFMANN Beweis-  
thümer etc. p. 54.

3) S. R. WEISMANN sche-  
dialmat. sacr. p. 184. et 382. seq.

4) Cl. GREGORII Exercitat.

Histor. de miraculis prouidentiae  
apud gentes antiquas p. 14. seq.

5) Cl. OBBARII Versuche etc.  
von den Wunderwerken p. 285. seq.

6) Museum Heluet. Tom. IV.  
p. 231.

7) Observat. sacr. P. II. p. 189.  
seqq.



XX DE CRITERIO RELIGIONIS

probabilis nobis sententia est, quae Christum et Apostolos non ut auctores, sed eum pariter ac Apostolos tantummodo ut indices et instrumenta miraculorum respicere videntur; <sup>8)</sup> quum ipsi Iudaei de Christo auctore miraculorum testimonium ferunt haut contemnendum Ioann XI. 47. <sup>2)</sup> id quod argumentum Viri Doctissimi per plures KIDDERVS, STILLINGFLEET, TAYLOR, WITSIVS et alii a Summe Reuerendo KIESLINGIO nominati; <sup>1)</sup> nec non illi, qui praestantiam miraculorum Christi et Apostolorum prae Impositoribus; <sup>3)</sup> prae miraculis Rabbinorum <sup>3)</sup> prae operibus Theurgicis Platoniorum, <sup>4)</sup> fati superque adstruxerunt. Nec tandem huic calculum addere opinioni vnquam sustinebimus, quae tantis inuoluta latebris iacere miraculorum verorum a falsis criteria statuit, ut demonstrari inde quicquam posse, rem prorsus impossibilem esse credant, cui leuissimae notae obiectioni rationibus se opposuere Cel. Viri HOLLMANNVS, <sup>5)</sup> DES VOEVX, <sup>6)</sup> apud V. Moshemium laudatus <sup>7)</sup> et qui iustis limitibus rem determinauit, nunquam sine honore memorandus Summe Reuerendus IOECHERVS. <sup>8)</sup> Vnicum tantum, quod exercet nostram diligentiam est: *Virum in demonstranda Religione Christiana*, id quod fecit Cl. HOYTEVILLIUS et alii, a *miraculis initium sit faciendum?* vel breuius: *Virum miracula primarium constituant characterem, Reuelationis et Religionis asserendae?* id quod, pace Doctif-

8) I. R. KLUGII singularia Theolog. Carpou. p. 64. seq.

9) Ven. MOSH Sittenlehre Tom. I. p. 143.

1) Dissert. Theol. de diuina Iesu ad Iudaeos legatione p. 8.

2) CVDWORTH System. Intellect. fol. 304. 389. 313. 859. 885.

3) Ven. ZELTNER Dissert. de virgine per Transennam docente p. 25.

4) Cl. WINCKLERI Dissert. Theol. de Philosoph. Platonicae Pythagor. fraudibus Rintel. 1744.

5) De miraculis et genuinis eorum Criteriis p. 86. In Act. Eru- dit. 1728. p. 286.

6) Lettres sur les Miracles etc.

7) Syntagm. ad H. E. Spect. Tom. II. p. 357. seqq.

8) I. c. Dissert. III. p. 29. sub P.



Doctissimorum Virorum nobis haecenus tam solide euictum nondum videtur, vt quae vacillantem tenent animum, non superfint quaedam regerenda, quae hic paucis proferre verbis, temporis angustia circumscripti tenemur.

- a) Operam et oleum nondum perdit, cui Historiam Critico-dogmaticam de miraculis in genere et praesertim de miraculis Christi et Apostolorum, nec non de vi et ordine argumenti a miraculis desumpti commentandi animus inest. Operae sane pretium est, vt variae miraculi veri notiones solide excutiantur, donec completa de illis extiterit idea, quam omnes in demonstrandis miraculis Christi et Apostolorum, secundum ductum scripturae sacrae et quidem Vet. et Nou. Testamenti recipiunt.

## §. XI.

Mentem et sententiam Theologorum Nostratium primo audiamus, quid de vi argumenti, et an *primarium sit* <sup>Autoritate Ecclesiae Evangelicae munitur.</sup> sentiat Ecclesia Euangelica? quam ex rebus de miraculis Parisi et aliorum in Ecclesia gestis, longo testimoniorum agmine prodire vt iubeamus, vix opus est, quum Ven. Moshemius omnia quae hic expectari possunt, eximia eruditione exhaustit. <sup>1)</sup> Sed vero, nec cuncta silentio inuoluere nos decet, adeoque pauca tantum Theologorum, qui accuratissimi extiterunt, in auxilium a nobis aduocanda sunt testimonia. Quoties sane cum Ecclesia Romana-Catholica conflictus fuit ineundus, toties de miraculorum absentia in Ecclesia Euangelica fuisse pugnatum compertum est: <sup>2)</sup> toties vero pariter in quaestione, *vtum miracula sint notae verae Ecclesiae?* negando responsonem a nostratibus Theologis fuisse factam, peruulgatum est. <sup>3)</sup> Instar omnium nobis

C 3

Acutissi-

<sup>1)</sup> Inquisitio in veritat. miraculorum Francisci Parisi saeculi nostri Thaumaturgi Syntagm. ad H. E. Spekt. Tom. II. p. 307.

<sup>2)</sup> NIEMAN de miraculis, vtum

ex illis doctrinae vel Ecclesiae Pontificiae veritas probari possit? etc.

<sup>3)</sup> Acta Eruditor. Nou. Supplem. Tom. I. p. 533. seqq.



Acutissimus sit Theologus HOEPFNERVS Testis. <sup>4)</sup> „Miracula inquit, *sine doctrinae veritate* nihil probant Deut. XIII. <sup>5)</sup> 2. 3. 4. Christus ex folis miraculis veritatem doctrinae suae non demonstrat, sed simul prouocat ad scripturam Ioanni <sup>6)</sup> V. 39. 46. Matth. XI. 3. XXII. 29. sic Paulus ad scripturam, non ad miracula, prouocat Actor. XXVI. 27. Miracula fiunt etiam ab incredulis, Pseudo-Prophetis, et ab Antichristo nouissimis temporibus, vel maxime edenda praedictantur Matth. VII. 22. XXIV. 24. 2 Theff. II. 9. 10. *Proinde posteriora miracula non sunt notae Ecclesiae propriae.* Porro quis *absque iudicio Spiritus S. in scriptura de miraculis lato* miracula vera a falsis internoticeret? Neque miracula semper Ecclesiae competunt, aut ad Reformationem eius requiruntur, imo *neque ad extraordinariam missionem* semper necessaria sunt. Respice multos reges ac Prophetas corruptum Ecclesiae statum reformantes, qui tamen nulla miracula ediderunt, quum ipse Ioannes, Christi prodromus, non vllum fecit miraculum <sup>7)</sup> Generatio praua et adultera *reiecto verbo* signa quaerit Matth. XII. 39. Ioann VI. 35. fideles in Prophetia praedicatione siue interpretatione verbi acquiescunt. 1 Cor. XIII. 22. e. q. p. Cautius inde est, vt loquantur Theologi, et ad *confirmendam tantum Religionem Christianam* facere argumentum, prudenter fanciunt, Ven. BRENTIVS, <sup>8)</sup> HOLLMANNVS, <sup>9)</sup> HOVTEVILLIVS, <sup>7)</sup> TVRRETINVS, <sup>8)</sup> Doctissimi Viri cum multis aliis, id quod pariter sponte sua ex Marc. XVI. 20. fluere vident omnes. <sup>9)</sup>

a) Non

4) Disput. Theol. de Notis Ecclesiae in genere.

5) THEOPH. ALETHAEI Erlauterungen, Tom. IV. p. 96.

6) De miraculis eorumque primis Criteriis p. 61.

7) La Religion Chretienne prouée etc. Tom. II. p. 29. seq.

8) Nouvelle Bibliothéque Germaniqu. Tom. VI. p. 336. seq.

9) Ven. MOSHEIM Erklärung der Isten Epist. ad Corinth. p. 76. sqq.



a) Non possumus non dictis hisce magni Theologi addere verba eximiae Eruditionis laude conspicui S. R. Kieslingii <sup>1)</sup> Verum est, inquierentis, ad Vocationis diuinæ veritatem demonstrandam non simpliciter requiri signa et miracula, quia illa in dubiis saltem rebus ad excutiendum hominibus præfractæ frontis pudorem terroremque in subsidium sunt adhibita. Nec ipsa vel illustrissima signa et miracula eam semper habent facultatem et potestatem in hominum animis, ut verum eumque diuinum hominibus ingerant assensum - quod si enim *fides nostra in rebus credendis necessario miraculis esset nutrienda et confirmanda, concatenata miraculorum serie et circulo opus esset, nec vllus foret eorundem finis.* Adde, pergit doctissimus vir, non omnes, quibus tamen diuina ad manus sacrum obeundum vocatio et inspiratio haut deneganda est miracula fecisse, quod de pluribus Prophetis Iesaja, Ieremia, Ezechiele, Daniele et reliquis secundi ordinis prophetis in vado est. Satius est ad confirmandam illorum vocationem et inspirationem, illos locutos esse diuino incitatos afflatu 2 Petr. I. 10. quin et in apico est *diuinam reuelationem venire in discrimen, si miraculorum demonstratio simpliciter esset necessaria: quia mortales diuina reuelatione nihilominus gausi sunt, licet per duo priora millenaria a Protoplastorum ætate, vique ad Moÿis tempora, nulla conspicerent miracula.* Exinde profluit, homines ad fidem esse deuinctos, si vel nulla accedant ad eandem *confirmandam et corroborandam miracula.*

## §. XII.

Pergimus ad rationes, quæ miraculis primarium tribuere Criterium et vim demonstrandi vel vetant, vel ad minimum dissuadent. Prima est, quæ a Criteriorum intrinsecorum et primariorum natura aduoceatur. Criterium enim quod primum, quod proprium, quod intrinsecum esse putatur, perpetuo eique soli insit rei cuius est Criterium, necessè est. Miracula ergo si Criterium constituere debent, primum

*Argumentis  
internis confirmatur.*

1) Dissert. Philolog. Hist. de lacrimis varum etc. p. 38. §. XXVII.



XXIII DE CRITERIO RELIGIONIS

num, vna cum Religione perpetuo adesse, cum eadem semper permanere, continuari, nec ab eadem vnquam separari possunt, donec Religio existat; sed vero nihil certius est, quam quod non semper miracula exstiterint, quod illa tantum certis temporibus hominumque efferatae frontis generi Ies. VII. <sup>1)</sup> quasi in subsidium sint tradita; nonnunquam tamen et iisdem denegata Luc. XVI. 29 et 31. <sup>2)</sup> Religio itaque vera aut quibusdam temporibus certis destituta fuit Criteriis, aut quod certius est, miracula primum locum primumque Criterium constituere eo ipso prohibentur. Non tanti valoris esse argumenta, quae ab Impostorum miraculis patris aduocantur, omnino praeuidimus, quippe quae enarrasse pariter refutasse certum est. Adeoque inde auxilium petere nec volumus nec possumus; sed remoram tamen docenti in remouenda hac obiectione ideoque maiorem laborem interponi, certum est. Inde vero est, vt acutissimi Theologi quoties vim argumento tribuunt, *plura alia vel adiungant vel supponant*, quod scilicet ad promouendam Dei gloriam et hominum veram salutem vnice tendant, quod a viro probatae pietatis et integritatis edantur, quod vna eademque veritas analogiae scripturae conformis a variis hominibus diuersis in locis et diuersis miraculis comprobetur. <sup>3)</sup> e. q. p. Rem nostram tandem autoritate sua decidat Ven. IOECHERVS saepius a nobis memoratus. <sup>4)</sup> Quippe qui non miracula sola, sed *miracula cum aliis criteriis coniunctim sumta, Messiae characterem constituere*, contra Wolfsonum hostem internecinum Religionis Christianae asserit.

§. XIII.

<sup>1)</sup> Cel. MARCKII Exercitat. Textual. ad quinquagint. loca V. et N. T. Exercit. XVII. et XVIII. et Ven. BVDD. H. Eccl. V. T. Tom. II. p. 426. et 497.

<sup>2)</sup> Ven. PFAFF Primit. Turing. p. 68. sub y.  
<sup>3)</sup> Ven. PFAFF Instit. Theol. dogm. p. 863.  
<sup>4)</sup> l. c. Dissert. II. p. 5.





## §. XIII.

Multo magis perspicua euadunt argumenta nostra ex ipsis diuinitus datis monitis, ad quae ex Veteri Testamento notatu dignissimum locum Deut. XIII. 1-4. <sup>1)</sup>), ex nouo foedere Matth. XXIII. 24. <sup>2)</sup> Matth. VII. 22. 1 Theff. II. 9. <sup>3)</sup> spectare quis non videt? Methodus Christi ipsa adfirmat sententiam quam tuemur. Quoties nimirum de dogmatum Veritate cum Iudaeis ipsi agendum fuit; toties et ad minimum pluries ad scripturam ablegat Ioann. V. 39. Luc. XVI. 29. imo Iudaeis signa petentibus coelitus dari <sup>4)</sup> multis ex rationibus negat, <sup>5)</sup> quoties vero de Messiae criteriis Iudaeis Veritas explananda est, toties ad miraculorum Veritatem recurrere optimum hospitatore, ex Matth. XI. 3. 4. 5. Ioann. XIII. 10. II. et XV. v. 24. praesertim vero ex IX. et X. Capitibus Ioanneis satis superque elucet. Et ita est. *Cum munere Messiae prophético nexum habere miracula, minime vero cum Reuelationis et Religionis natura* per se et necessario et omni tempore, omnino statuendum est. Insidias struxisse ex contraria sententia Religioni Christianae famosum Morganem, <sup>6)</sup> fugit neminem, quas haud indocte detexere doctissimi viri. <sup>7)</sup> Id itaque quod aliquando non interfuit et reuelationi et religioni, perpetuum adeoque etiam intrinsecum non est; et id, quod intrinsecum non est, nec necessario inesse rei, adeoque nec nexum inter duas constituere necessarium, omnes concedunt. Imo quo posito multa priora ponuntur, primum et

prima-

1) Cl. THEOD. LE BLANC  
Principes contre les Sociniens  
Tom. II. p. 227.

2) Cl. WITS. Oecon. p. 407.

3) Cl. CYD WORTH System.  
Intellect. p. 864.

4) Cl. VITRING. Obseruat.  
Tom. I. p. 479.

5) Cl. WITSII Meletemat.  
p. 243. fegg.

6) Untersuchung der Connection zwischen der Lehre und den Wunderwerken Recens. Antiqu. Nou. 1733. p. 1093.

7) Biblioth. Britanniqu. Tom. XVII. p. 29. et 45.

D



primarium suppeditare Criterium non valet. Testes nobis sunt Iudaei ipsi, qui Criterium Messiae a miraculis desumptum non primum sed sextum faciunt;<sup>8)</sup> quanquam et hic non praetermittenda esse, censemus verba Maimonidis apud Ven. ABICHTIVM exstantia,<sup>9)</sup> ex quibus de auctoritate argumenti nostri apud Iudaeos, quamvis probabilis tantum sententia ferri potest.<sup>10)</sup>

a) „Mosi Magistro nostro, inquit Maimonides,<sup>1)</sup> non crediderunt Israelitae propter miracula, quae patrauit, qui enim propter miracula credit, eius cordi adhuc inhaeret dubium. Possibile enim est, quod potuerint fieri incantatione vel arte magica. Sed omnia miracula, quae Moses patrauit in deserto, ob necessitatem fecit, non vero ut fidem conciliaret prophetae. Non potuit Venerab. ABICHT, quin addat, quod eo tantum scopo haec proferant, ut miracula seruatoris eneruent; ex quibus vero similiter apparet, quam parum auctoritatis in conuertendis Iudaeis habeat argumentum a miraculis derivatum.

## §. XIII.

*In primis difficultates non  
enique eluctabiles opponun-  
tur.*

Sed seponamus paululum hactenus argumenta producta, illorumque sententiam assumamus, qui primarium characterem Religionis Christianae miracula reddunt. Immensam vocare operam eorundem qui ab hoc Criterio initium faciunt, veritas est. Namque saepe homines sunt conuincendi, qui omnem negant miraculorum existentiam, quales Maimonides, Benedictus Spinoza, Tolandus, Wolfstonus, Morgan, Chubb, et quantus est Deistarum numerus, qui fidem iisdem non demunt? Sunt alii, qui non negant, sed extenuant miracula, et parum quod effectus super naturalis notionem continet eidem relinquunt, quales illi, qui ex effici

8) Doctiss. GLASSNERI Demonstrat. Sp. S. Iesum esse verum Messiam p. 7. sub I.

9) De Transitu Israelitarum per Iordanem §. I.

10) De fundamento Legis Cap. VII. fol. 101. col. 2.



caci imaginationis vi cum Westphalo morborum depul-  
sionem deriuant, deque daemoniacis haut optime sentiunt,  
quorum in agmine Cl. Goelikenium, Acutissimum Ries, <sup>1)</sup>  
et Anonymum Anglum numerare <sup>2)</sup> par est. Et quid nam  
cum illis et de illis omnibus cogitandum esse putabis? num  
ne refutari non posse credamus? absit talia nobis affirman-  
tibus. Dudum hoc praestiterunt innumeri eruditissimorum  
virorum, sed perquam laboriosum et per multas impeditas  
vias suscipiendum esse iter, vnicum est, quod arbi-  
tramur. Id quod vix abuenit, qui rei demonstrationem  
ex Cel. Werenfelsio penitus cognouerint. <sup>3)</sup> Implicare  
vero se spinis tricisque, quum iter haut impeditum adhuc de-  
tur, vix sapientis est. Quid vero tandem miracula accurate  
probent, a nobis cognoscere qui desiderant, hoc sciant, quod:  
*argumentum a miraculis peti- tum inter historica primum, et  
pariter Criterium fere primum eadem sistere, affirmemus,*  
quoties *Christum esse Messiam* nobis asserendum incumbit.  
Idem est, quod tuetur Cl. Georgius Wade apud Ven.  
Ioetherum <sup>4)</sup> quippe qui: „*Miracula esse primaria mo-  
menta, quibus stabiliatur Christum esse Messiam, atque  
eius resurrectionem certe et vere contigisse* „ euincit;  
Nec ab hac sententia abluere Theologorum nostrorum  
numerum maximum testimonia non desunt. <sup>5)</sup> Ex hac ra-  
tione eadem Celeber. Clerico <sup>6)</sup> audiunt, id quod et locus  
Ioann. XV. 24. omnino permittit <sup>6)</sup> litterae Credentiales,  
scilicet quibus legati missionis suae certitudinem illis, ad  
quos mittuntur reddunt certam firmamque, id quod omnium  
D 2 consensu

1) Exercir. Acad. de morbo  
Pauli Apost. ad 2 Corinth. XII. 7.  
p. 14.

2) Cl. HAGERI Programma  
de daemoniacis Neueste Nachr.  
Erlang. etc. 1747. Stück II. p. 21.

3) Opp. Tom. I. p. 79. et an-  
tec. 77.

4) l. c. Dissert. I. p. XIX.

5) Bibliothegu. Choiseu Tom.  
XII. p. 160. et 167.

6) Ven. IOECHER. Disput. I.  
l. c. p. 35.



XXVIII DE CRITERIO RELIGIONIS

consensu excipitur. Inseruiunt itaque miracula, quae Christus et Apostoli fecerunt, ad missionem Messiae stabilendam, ad Prophetiarum certitudinem corroborandam, ad doctrinas fundamentales ea quae vel facta, qualia Natiuitas, Passio, Resurrectio Christi, vel dogmata, qualia Immortalitas animae, resurrectio mortuorum, status futurae Conditionis vel beatae vel desperatae, remissio peccatorum, dominium mortis e. q. p. confirmanda. Id quod pluribus demonstrare tempus iam iam deficit, cuique alibi locus suus iam est rei destinatus.

a) Finis miraculorum inquit S. Reuer. WEISMANNVS 7) haur raro fuit *autoritatem conciliare ministris* Dei in missione ipsis demandata, per effectus notabiles speciosos et stupendos, quo nomine iisdem etiam vsus est Deus saepissime in exsequendis suis iudiciis, quae hoc sine seposito, per vias breuiores ordinique naturae propiores omnino potuissent exerceri.

§. XV.

*Quodnam sit  
criterium  
primarium?*

Posteaquam igitur, quae primariorum Criteriorum nomina, ex quibus Religionis Christianae dignitas apparet, non merentur, remouimus, eorundem vero valorem, quando scilicet vim suam exercent, pariter adseruimus, nostrum est, vt tandem *quodnam sit primarium Religionis Christianae criterium?* rite determinemus. Et iterum hic primum autoritatem Theologorum Nostratium et aliorum Cl. Virorum interponere plus quam vna ratio nos obligat. Doctrinam scilicet esse veram, quam duce scriptura sacra *sine Circulo lydiū Lapidem* constituere pari sollertia Ven. Ioecherus euincit 1) „*prima* inquit S. Reuerendus „*IAEGERVS* 2) ac *praecipua* Veri prophetiae *nota Veritas* est, et qui aliquid praedicit, quod, euenit interim falsam

7) Schediasm. sacr. p. 190.

1) Dissertat. III. l. c. p. 30.

2) Dissert. Spiritus Miraculof. Prophet. et Ecstaticor. etc. P. II.



„sam doctrinam praedicat et populum ab ducit a via Veritatis et vero Dei cultu, falsi prophetae Characterem habet, *semper enim doctrinam subsequi debent non praecedere*, sicut Christus eiusque Apostoli nos docuerunt, qui praedicationem suam subsequenter miraculis et praenotionibus confirmarunt. Eandem tenere mentem Cl. BAILLETVM<sup>3)</sup> a Clariss. ZORNIO edocemur,<sup>4)</sup> qui, la Verité, inquit, n'est pas seulement le Caractere Particulier de Notre Religion, elle est encore l'ame, c'est tout dire, qu'elle en est la diuinité, et qui peut douter, que le mensonge ne soit une acte d'Idolatrie dans une Religion, qui adore la verité meme comme son Dieu. Tendunt huc agmina Theologorum cordatissimorum, qui Veritatem seu doctrinam eamque Euangelicam et theoreticam et practicam constituunt signum, ex quo diuinitas pariter ac dignitas Religionis primario elucet. Raro quidem, quid per doctrinam illam intelligunt omnis doli et fraudis nescii determinarunt. Sed vero posteaquam Cl. Autor ille Anonymus, qui, quae ad essentiam Religionis spectant ab illis quae accessoria sunt, fecernere voluit, circa doctrinae notionem determinandam subdole egit, et voce doctrinae Euangelicae nil nisi veritates pure morales et practicas, exclusis quibuscunque mysteriis, intellexit,<sup>5)</sup> accuratiores agere consueuerunt eruditi viri, atque per doctrinam Euangelicam *complexum omnium Veritatum et theoreticarum* siue *purae* siue *mixtae* sint, et *practicarum* intelligi voluerunt. Et profecto summi momenti res est, hoc criterium paulo altius inuestigare. Veritas enim, quae in Religione Christiana primaria est adfectio, eidem perpetuo inest pariter ac sola,

D 3 adeo.

3) Praefat. ad vit. S. S. §. 70. p. 90.

5) Cl. STAFFER Instit. Theol. Polem. Tom. II. p. 351.

4) Opuscul. Tom. II. p. 671.



adeoque omni tempore et ab omnibus aliis Religionibus potest separari. Eadem etiam homines probi adficiuntur, eamque perferunt, sensimque plura pie et modeste inter se comparando, magis magisque percipiunt. Id quod etiam, quantum ad ipsam librorum sinceritatem et historicarum fidem pertinet, omnis fraudis et temeritatis suspicionem a libris et scriptoribus sacris amolitur. Ergo hoc veritatis Criterium interne, vel ut loquuntur, intrinsece Religioni Christianae competit. Adeoque et uniuersale est criterium quod nempe ad omnes homines, ad omnia dogmata applicandum haut ineptum est. Verum enim vero quoniam veritas proprie inter adfectiones Religionis priorem sibi vindicat locum; Criteria vero ab adfectionibus non quidem profus differre, sed nec penitus conuenire atque vnium idemque efficere possunt: huic adfectioni paulo curatius quo inhaeremus operae pretium est, donec Criterium primum inde eruisse nobis contigit.

## §. XVI.

*Argumenta  
biblica et hu-  
mana.*

Christus optimus seruator discipulis suis diligenter inculcat, ut caueant pseudo prophetis, et pro Criterio primario illis dat fructus. Qua scilicet notione dogmata et theoretica et practica inuolui, ex quibus propheta tanquam propheta cognosci potest, longo-ratiocinationum firmate ut probemus, opus non est. <sup>a)</sup> Ad veritatem tanquam Criterium sibi soli proprium, nulla habita honorum, opum, humanae beneuolentiae e. q. p. ratione, ipse saepius prouocat Ioann. V. 34. et 41. VIII. 44. 45. sqq. quin exinde rationes pro Religionis suae excellentia necitat Matth. XI. 29. <sup>1)</sup> ex ipsa hostium propria confessione elogium, quod ab omni fraude, dolo alisque artibus pseudoprophetarum alienus

1) Cl. MARGKII Exercit. Text. ad L. locum V. et N. T. Exercit. XXXV.



nus sit, fert Matth. XXII. 16. <sup>2)</sup> Luc. XX. 21. eodem tramite incessisse Apostolos, loca 1 Tim. I. 3. 7. <sup>3)</sup> 1 Tim. VI. 3. 5. 20. 21. <sup>4)</sup> 2 Tim. II. 23-25. <sup>5)</sup> euincunt. Quae omnia adducta scripturae sacrae testimonia confirmant, quod Religio Christiana nullis vnquam fraudibus, nullis dolis, nullis mendaciis, nullis argutiolis, nullis argumentis precariis, nullis vanis promissis nec violentis consiliis, sed, vt paucis rem persoluamus nullis nec leuitatis nec fraudulentiae notis per Conditores suos commaculata, a spuris Iudaismi et Paganorum sophistarumque opinionibus et placitis aliena, nullis fabulis, nulla vaniloquentia tunc temporis longe lateque regnante corrupta, validis et fringentibus argumentis munita, conditores vero eiusdem omni commodo proprio et solam hominum <sup>a)</sup> gloriam capeffendo prorsus abhorrentes, summo candore zeloque non fucato, ad vnicam Dei gloriam et felicitatem hominum aspirantes extiterint. <sup>b)</sup> Quam generosa vero Religio est, quae tam eximiis gaudet virtutibus? quis dubitare potest de Veritate, de diuinitate, de praestantia Religionis, cui tales insunt notae genuinae? quae sibi ipsi sola sufficiens est, quo demonstretur, nec aliunde nimirum nec ex lacunis superstitionis, nec per illegitima media sui promulgationem, hominumque conuictionem suppeditat, cui vbi-que realitas adest et omne fictum abest. Et hoc sane est Criterium, *quod Religioni Christianae primarium, proprium et perpetuum constitutumus*, ex quo dignitas omnis quae diuinae Religioni inesse debet, sponte sua redundat. Quod quia eidem omni tempore, in omnibus dogmatibus, inter omnes

2) Cl. HAGIOPHIL. Obseru. succinct. p. 51. et Cl. BRUNING. Compendium Antiqu. p. 123. et Temp. Heluet. Tom. I. p. 576.

3) Miscellan. Groeningan. Tom. II. p. 200. et CLERC Biblioth. Choie Tom. XII. p. 36.

4) Cl. WITS. Miscell. Tom. II. p. 452.

5) Cl. TRONCHINI Orator Tempe Heluet. Tom. III. p. 232.

6) Biblioth. Britannique Tom. XVI. p. 280.



omnes homines tanta dedit adiumenta, quanta a vera Religione, a Deo impertita non possunt non expectari, primum, perpetuum, et proprium faciamus Religionis Christianae Criterium.

a) Il y a un moien bien facile, sunt verba Clarissimi Iacobi Blairii, de distinguer les faux Docteurs des veritables, et un moien proportiennée à la Capacité des plus simples d'entre les Chretiens, c'est de considerer les fruits et les Consequences de chaque Dogme qu'on enseigne. L'examiner ce qu'il devoit naturellement produire dans ceux qui le recevoient, et de iuger, jusqu'ou ces fruits ou ces Consequences et ces effets s'accordent avec la doctrine et avec l'Esprit du Christianisme. Quibus addenda arbitramur, quae apud Venerabilem Buddeum huc facientia exstant. 7)

b) Diuinam autoritatem iactanti, inquit Clariss. Beckius 8) istoque nomine reuelationem mihi offerenti, minime propter suam autoritatem credam solum, sed primo, si is qui, talia tradit, fraudis nullius vel conuictus vel suspectus sit. Fraude quidem certe is carere videtur, qui compendium inde nullum sperauit, sperare potuit et alioqui vir bonus est. Nec vero praetereunda hic sunt, quae de sophistarum artibus emungendi pecuniam et vtramque in partem differendo gloriam captandi Ven. HEVMANNVS dudum obseruauit. 9)

## §. XVII.

Quae opponi posse illi, quod determinauimus Criterio, auguramur, tanta non sunt, vt mutare sententiam nostram nobis persuadeant. Quippe quanquam fieri quidem potest, quo veritas impugnetur, i. e. dubiis quibusdam ex precario principio haultis petatur, refutari tamen nunquam datur; sic etiam minime existere potest, vt falsa Religio hoc criterio polleat, duasque propositiones dari contradictorias posse, quae aequali argumentorum robore gaudeant.

Perpe-

7) Thes. de Atheismo et superstition. p. 108.

8) De fide nominis Christian.

Temp. Heluet. Tom. VI. p. 504. §. X.

9) Aët. Philosoph. Tom. I. p. 88.

Obiectionibus  
obuiam itur.



Perpetuum igitur est Religioni verae Criterium nostrum, i. e. omni tempore, cunctis notionibus, propositionibus, conclusionibus theologis inseparabile prorsus, adeoque etiam internum, et ad minimum omnium reliquorum, quae ponderauimus facillimum et docenti et discenti. Quippe eo ipso, quum Religioni Christianae eiusque primariis veritatibus cognoscendis operam damus, eo ipso, inquam de Criteriis, et in eruendo Criterio de Religionis Christianae natura certiores reddimur. Reponent quidem alii, quod tali ratione Deistarum et imprimis vix cum laude nominandi Anonymi Autoris de Religionis essentia, causa agatur, quippe quem, doctrinam primarium constituisse Religionis verae criterium, paulo supra diximus; sed facilius, quae dilui potest, obiectio vix datur. „Quum non omne id, S. Reue-  
rendo Gunthero autore, 1) quod haeretici crediderunt, haereticis sit, sed saltem id quod crediderunt *contra* praeter-  
scripturam, et quod propterea ab Ecclesia antiqua reiectum et condemnatum fuerit. Opponent forsan cum Cl. Hou-  
teuillo 2) alii, quod doctrina sola non semper sufficiens praebat testimonium; quod vero si verum est, nulla inter mortales, nulla inter philosophos, nulla inter Theologos, superest veritas. Obiectionem porro Deistarum de absurditate dogmatum, quae mysteria audiunt, repetent alii, quippe quae quoties demonstranda eadem difficultate laborare dicuntur, ac reliqua supra data criteria. 3) Sed et haec, si difficultas appellanda, pace Clarissimorum Virorum minima erit. Quippe ex ipsa mente Deistarum dari posse, et vere dari mysteria, constat, adeoque etiam in Religione, quae, quousque vnquam iudicare hominibus integrum est, vbique veritatem et pietatem docet, nulli periculo fraudis erroris-

1) Modum infallibilem et singularem conuincendi etc. p. 27.

2) La Religion Chretienne

prouée Tom. IV. p. 212.

3) Cl. HOUTEVILLE l. c. p. 255. seqq.



XXXIII DE CRITERIO RELIGIONIS

„errorisque obnoxia non sunt myſteria: vbi vero ad naturam  
 „et indolem myſteriorum Chriſtianae Religionis accuratius  
 „attenditur, rerumque in ipſa ſublimitate dignitatem et cum  
 „aliis Veritatibus pulcerrimam harmoniam, difficultas illa fa-  
 „cile ſuperatur.\*) Reſerent poſtea: Criterium noſtrum tan-  
 tum ad excellentiam Religionis demonſtrandam, miracula  
 vero et prophetias de diuinitate eiusdem argumenta dare,  
 quae ſane venerandi Oporini eſt ſententia; 5) ſed vero di-  
 uinitatem cum excellentia ſeu praeſtantia arcto coniunctam  
 nexu eſſe, vtramque vero ſine Veritatis idea probari non  
 poſſe, omnes affirmabunt. Nouiſſime tandem Criterium no-  
 ſtrum magis ad perſonam ſcilicet Chriſtum et Apoſtolos,  
 quam ad rem ipſam ſeu Religionem Chriſtianam ſpectare,  
 opponunt: ſed nullius ponderis eſſe et hoc momentum ob-  
 iectionis, omnes intelligunt. Etenim quod fatiſ virium ad-  
 adſint demonſtrandae Religioni Chriſtianae, id non perſo-  
 nae, quae demonſtrat, ſed rei, quae demonſtratur, veritati  
 attribuendum eſſe, quis non concedit? adeoque dignoſcen-  
 dae et rei et perſonae inferuit, vel, quod idem eſt, Criterium  
 ſubiectiuum et obiectiuum doctrinae aequae ac doctori pro-  
 prium euadit; et quum, quae reliqua opponenda praeuiden-  
 tur, grauioris momenti vix eſſe haut vana coniectura aſſequi-  
 mur, ſolide et tuto ſententiae noſtrae in haerere poſſumus,  
 quae: Religionis Chriſtianae veritas, neceſſitas, certitudo, diui-  
 nitas et praeſtantia ex haecenus determinato criterio vbique  
 primario et quam certiffime eluceſcit.

§. XVIII.

*Et tandem vi-  
 ſe determina-  
 tur, quod ſit*

Vnica adhuc ſuperanda eſt nobis difficultas, quoniam  
 nimirum vocabulo Criterium noſtrum eiusque notio de-  
 termi-

4) Ven. BVDDER Exercit. Theol.  
 de vſu myſteriorum fidei in praxi  
 vitae Chriſtian. Miſcell. Tom. III.  
 p. 247.

5) Comment. Theolog. de vſu  
 doct. ſimplic. contraceptic. p. 12.  
 ſegge.



terminanda sit? *ακριβεια* exstat vocabulum ab Eruditissimi <sup>accuratio</sup> Viris hinc inde Ciuitate Theologica donatum; <sup>Theologica.</sup> nec contemnendum omnino, quippe quo summum studium, exquisitam diligentiam, separationem a prauis opinionibus et consuetudinibus innui, certissimum est. Biblicum pariter est Eph. V. 15. obuium, et quidem ad ipsam *ακριβειαν θεολογικην* haut incongrue applicabile, quum *ακριβεσερον οδον τ8 θε8* Act. XVIII. 26. huc referre a veritate non alienum erit. Siue enim, inquit, Venerab. Zeltnerus \*) in huius vocabuli euoluenda virtute ac emphasi, ad Etymon respicias, quod *απο τ8 ακρ8 και βαβαιν* vulgo reputunt, siue ad exempla in locis sacrorum et profanorum scriptorum innumeris occurrentia, vbique nihil vulgare aut triuiale, sed profundiora ac sublimiora illud innuere deprehendes, etc. et quamuis non, pergit ad rerum proponendarum agendarumque summa Capita, meditationibus doctis curatius expensa, idem semper adhiberi facile largiar (sic enim et Paulus Eph. V. 15. quemque hominem de salute sua sollicitum iubet *ακριβως περιπατειν*, attentionem sedulam ac sollicitiam in omnibus diuis factisque nostris ad legem Dei, rationesque circumstantiarum circumspecte agendis requirens:) attamen quoties ad res ipsas adplicatur, siue sacras siue profanas, praeter studium vel diligentiam, intimiorem quoque peruestigationem atque in mysteriis diuinis praesertim, quousque reuelata sunt, oculorum mentis superne et altiori lumine collustratae aciem seu intellectum viuidiorem Eph. III. 3. cum facultate eadem, quae ipsi cognouerunt, alios apte docendi complectitur e. q. p. Minime itaque vox esset contemnenda, sed Graeca est, et vix quam latina Ciuitate

1) C. R. BVDDEI Theses practicae *περι της ακριβειας* Miscell. Sacr. P. I. p. 403.

2) Ven. ZELTNER de Prisca la Aquilae vxore p. 39.



## XXXVI DE CRITERIO RELIG. CHRIST. PRIMARIO.

uitate donaremus nostra, quae tenuis est auctoritas sufficit. Eaedem rationes occurrunt in voce *ορθότητος*, quae perapta patribus primitiuis, imo ipsi scripturae S. non penitus incognita; sed iterum est graeci idiomatis, et ex hoc fonte, si alia superest via eluctandi, nisi forsan Rectitudinis vocabulum omnino haut prorsus ineptum arrideat, paululum adhuc seponenda. Perplacet vero prae aliis vox *Accuratio*, *Θεολογοτατοις* viris hinc inde haut infrequens, et cum *ακριβεια* et *ορθότητι* facile commutanda, donec alia suppeditetur, quae aptior est. Esto igitur haec vox, qua Criterium primum Religionis Christianae determinabimus. Sociemus tandem cum vocabulo ideam, qua: *Accuratio et quidem Theologica Religionis Christianae*, (imo ipsius Theologiae et Theologi,) *Criterium illud primum est, quo posito generose reprobatis omnibus vel illicitis vel illegitimis et artibus et mediis, siue theoreticis siue practicis persuadendi, Veritas et Necessitas et diuinitas Religionis ipsius, non nisi iustis et fini, quem intendit, conuenientissimis mediis, vel breuius, ex veris certisque principiis, legitimo nexu suo demonstratur.* Quam diuidere in *subiectiuam* et *obiectiuam*, quatenus scilicet illa Religionis Conditoribus, haec ipsi Religioni inest, nihil obstat. Hanc vero in Mose et prophetis V. T. pariter ac in Christo et Apostolis, tanquam primariis verae Religionis Conditoribus, minime vero in falsarum Religionum autoribus, nec in ipsis Philosophis antiquis, nec deprehendi, nec deprehendi posse, duo momenta ponit, quibus explicandis duobus in capitibus alibi operam impendimus vt speramus haut vanam. Nos vero angustia temporis hac vice admone-mur, vt rei imponamus

F I N E M.







00 A 6416

R









21 26 22

PROLVSIO ACADEMICA  
COMMENTATIONIS CRITICO - THEOLOGICAE  
DE  
CRITERIO RELIGIONIS  
CHRISTIANAE PRIMARIO

QVAM IVSSV  
SVMME VENERANDI THEOLOGORVM ORDINIS

IN  
INCLVTA ACADEMIA LIPSIENSI

PRO LICENTIA  
SVM MOS IN THEOLOGIA HONORES

IMPETRANDI  
DIE XVIII. APRIL. MDCCCCLII.

PVBLICO EXAMINI

DECENTER SVEMITTIT

M. BENIAMIN GOTTLIB CLEMENS

PASTOR PRIMARIVS ET SVPERINTENDENS HERZBERGENSIS.

---

L I P S I A E R  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.